

Guido Faba

Celsitudo vestre glorie super gratulatione

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Guido Faba

Celsitudo vestre glorie super gratulatione

1226-1228

Celsitudo vestre glorie super gratulatione visitationis novissime nos prevenit, annuntians nobis vestre magnificentie prestolatum gaudium et salutem, que sic exultatione multiplici nos replevit, quod vix lingua carnis sufficeret ad dicendum.

Quia vero de nostra continentia scire cupitis et audire, actione vobis exhibita gratiarum pro litteris quas misistis, noveritis quod per Dei gratiam et vestram, omnia sunt nobis tam prospera quam iocunda.